cōmentariorum copiam. In quibus iuxta gestarum rerū ordinē et expo-
sitionē p̄fate continentur lectiones in cunctis expeditionibus non posse
semp̄ gerere et habere. Cum sola historiarū bibliotheca difficile
possit etiam haberi plerumque. Interea inmensas omnipotenti dō lau-
des gratiasque rependimus. qui inter cetera largitionis dona*). non
dispari. nos quoque quā predecessores nr̄os doctrinae suae. iubare
inradiare dignatus est. Nam si illis hieronimum. augustinum. grego-
rium. ambrosiumque et ceteros quā plurimos p̄buit. et nobis idem
opifex eiusdem meriti et scientiae contulit rhabanum maurum.
Ergo age. pater sce praestantissimaeq; magister. postulantis**)
p̄cib; aurē benignus accommoda et uotis indefessis executor
faueto. Suscipe laboris ergastulum. ut p̄ te desiderii nr̄i nan-
cisci ualeamus effectum. Igitur obnixis precibus almitatē tuā
deposcimus ut nobis In uno uolumine omnium memoratarum lectio-
num expositiones colligere digeras. Ita ut p̄cedentibus semp̄ epistolis
uel lectionibus que earum loco congruis temporibus ex quacumque
historia recitantur semp̄ euangelia subsequantur iuxta ordinē huic
epistole subnexum. Quod si minus quid ibi inveneritis nosque
sumus sollicita cura uberius adhibeatis. iunctis omeliis uel
sermonibus diuersorū temporum et ieiuniorum. seu festiuitatē
a scis patribus in ecclesia ad populum habitis. ut nulla omni-
no In toto lectionario possit repperiri lectio. Cuius in memorata***)

*) dona übergeschrieben **) das n übergeschrieben. ***) sic.